

- 141 Burgos de Pace, eruditè, & meliùs, quàm ex relatione aliorum haberi poterit, si originaliter non legatur, materiam hujus capituli tractasse, & de contrarietate Abbatis, & Anania, plena manu egisse.
- 142 Ludovicum Molinam, deceptum apertè, allegando prædictum Authorem in favorem Abbatis, potius ille Anania sententiam constanter defendat, & ad consilium Abbatis, multas solutiones assignet.
- 143 Majoratus, quoties à femina processit, nunquam in casu dubii judicandum fore, feminas propter masculo remotiores ab ejus successione exclusas, esse verbis utatur, quæ ad masculos referri soleant.
- 144 Et de hac re ponderatum per Authorem, & commendatum optimum consilium Rolandi 76. ex num. 9. lib. 3.
- 145 Secus tamen dicendum esse, ubi de contraria voluntate testatoris in contrarium constare possit.
- 146 Petrum de Peralta, rectè improbatum à Mieres in proposito hujus materie, remissivè.
- 147 Majoratus, cum à viro, & femina simul institutus fuit, utrum feminam propter masculos remotiores censi debeat exclusa: ubi Authorum hujus regni contrarietas proponitur, & Molina opinio magis probatur.
- 148 In dispositione facta per masculum, & feminam, si mentio fiat de filiis, & descendantibus verisimile est eos intellexisse de descendantibus utriusque sexus: quoniam sicut masculus sexum masculinum dilexit, ita femina suum femininum sexum pariter dilexisset præsumitur.
- 149 Majoratus, cum instituitur à marito, & uxore simul, & adjicitur, quod succedat propinquior consanguineus eorum, aut quod succedat unus consanguineus ex parte uxoris, & alius ex parte viri, qualiter succedi debeat: & de aliis similibus, remissivè.
- 150 Casus consideratur per Authorem, in quo femina Majoratum instituit, censetur velle agnationem conservare, & feminas propter masculos etiam remotiores excludere, & num. seqq.
- 151 Femina descendentes agnatos habere non potest.
- 152 Femina dicitur finis lineæ masculina, principium femine.
- 153 Casus considerati per Authorem exemplum.
- 154 Femina est finis agnationis; & principium & origo cognationis.
- 155 Femina agnatos transversales habet.
- 156 Femina in perpetua masculorum vocatione, quoties agnatos transversales, vel aliquos eorum ad successionem Majoratus invitavit, censetur agnationem sui patris conservare voluisse.
- 157 Alvaradum, Joannem Gutierrez, Velasquez de Avendaño, Jacobum Mandellum de Alba, & Antonium Thesaurum, latissimè tractasse materiam hujus capituli, & in effectu accessisse omnes Anania opinionem contra Abbatem, prout hoc numero adnotatur.
- 158 Pelaez à Mieres, scripsisse latissimè materiam hujus capituli, & omnino legendum esse.
- 159 Femina regulariter succedunt in quocumque Majoratu, & in regno, & Ducatu, sicut masculi; dummodo non adsint masculi in eodem gradu; licet ætate minores; & si sint in proximiori gradu, excludunt masculum remotiorem, ubicumque apertissimè, aut evidentissimè non repelluntur: & vide supra, n. 65. cum seqq.
- 160 Et ad hac reduci debere infinita, quæ adnotata sunt per Authores innumeros, qui de successione femininarum tractarunt.
- 161 Pelaez à Mieres, rectè se habuisse in resolutione contrarietatis Abbatis, & Anania, quamvis in allegatione jurium, & Authorum, confusè versatus sit.
- 162 Ubertini Zuchardi concordia in hac materia adducitur, & per Authorem probatur, & numeris sequentibus.
- 163 Sfortia Oddi, & Joannis Vincentii Hondedei resolutiones in hac materia notandas.
- 164 Zuchardi distinctio; aut concordia declaratur.
- 165 Et Francisci Bursati consilium in proposito, rectè ponderatur per Authorem.
- 166 Alexandri Trentacinqvi distinctio in hac materia refertur, per Authorem probatur.
- 167 Marcum Antonium Peregrinum, de materia hujus capituli, & repetitione inducenda, sive non; plena manu scripsisse, & omnino legendum esse, & num. sequenti in fine.
- 168 Marci Antonii Peregrini distinctio probatur.
- 169 Alexandrum Trentacinqvium de materia hujus capituli, & repetitione inducenda, vel non; plena manu scribere, atque ex proposito videndum esse.
- 170 Plenissimè etiam scripsisse Hieronymum Zanchum, & Joannem Garciam, prout hoc numero referuntur.
- 171 Simonem de Prætiis, materiam hujus capituli plenissima manu tractasse, & de dictionibus, causis, & rationibus, propter quas repetitio induci, aut restringi debeat, ex proposito egisse: ac in effectu circa contrarietatem Abbatis, & Anania, multas concordias adduxisse, & inter alias eam probasse, quam cum Molina sepe veriores diximus num. præced.
- 172 Alexandrum Raudensem in proposito hujus capituli, latè scripsisse, & multa scitu, & notatu digna tradidisse in hac materia: ac denique probasse magis sententiam Anania, intelligendo eam juxta communem concordiam superius adductam.
- 173 Femina etiam descendentes, exclusæ censentur in 14. casibus, quos congegit in unum Alexander Raudensis, in responso 36. ex num. 150. cum multis seqq. lib. 1.
- 174 Masculinitatis qualitatem, censi repetitam, vel non, ex multis conjecturis, quas congegit Raudensis, ubi supra.
- 175 Achillem Pedrocham, latissimè, atque ex proposito scripsisse de hac materia, & multa cumulasse non inutiliter, in conf. 5. per tot. & conf. 12. per tot. lib. 1.
- 176 Francisci Mantice, viri equidem eruditissimi, in proposito hujus capituli resolutiones adducuntur, remissivè.
- 177 Francisci Mantice, adversus communem concordiam Abbatis, & Ananiae obhaculum expenditur, ad quod Recentiorum omnium scribentium nullus animadvertit, & noviter, verè tamen, & concludenter ab Authore diluitur.
- 178 Agnatio tunc censetur & intenditur conservari, quando femina semper excluditur, & nullo casu admittitur; sed tamen, ubi in aliqua parte dispositionis vocatur femina.
- 179 Jacobus Menochius laudatur, & lectura ejusdem in proposito hujus capituli commendatur.
- 180 Jacobum Menochium, de dictionibus, causis, aut rationibus, ex quibus repetitio inducitur, sive excluditur, & de materia hujus capituli, plenissima manu scripsisse: idcirco ad eam confugiendum esse, cum occasio se obtulerit.
- 181 Masculinitatis qualitas, posita in primo testamento, an, & quando censetur repetita in secundo, remissivè.
- 182 Gerardum Mazolum, eruditè loquutum in hac materia, & consilium quintum ejusdem Authoris, à num. 5. usque ad num. 60. commendatum per Authorem.
- 183 Tiberium Decianum eruditè (ut solet) materiam hujus capituli tractasse: prout hoc numero adnotatur, ubi ejusdem sententia, circa Abbatem, & Ananiam proponitur, & in effectu omnia consilia recententur in unum, quæ de hac re præfatus Author scripsit.
- 184 Hippolyt. Riminald. multis in locis, atque eruditè multum, materiam hanc pertractasse, eamque à primo, usque ad septimum consiliorum volum. cum Author

Author evoluerit, & non absque consideratione prælegerit, nullum fere in proposito hujus capituli scriptum verbum onisit, quod non inspiceret; & omnia, quæ prædictus Author scripsit, consilia in unum congegit, ut ea recenseret, hoc loco, prout per totum numerum suo ordine recensentur.

185 Blasii Flores Diaz de Mena generalem resolutionem in hac materia, rectè procedere, & convenire his; quæ numeris præcedentibus sunt adnotata.

**F**œminæ primogenitæ, qualiter ad majoratus successionem admittantur, vel non; propter masculos ejusdem lineæ, & gradus, aut etiam remotiores, quando excludantur: agnationis conservandæ rationem, ex quibus videantur majoratum institutores habuisse, masculorum vocatio, quando in hominum dispositionibus censetur facta agnationis conservandæ, aut prælationis inducendæ gratia: qualitas masculinitatis in certis gradibus, substitutionibus, aut personis expressa, an, & quando in aliis repetita censi debeat, vel non: qualitas, vel conditio adjecta præcedentibus, quando dicatur, vel præsumatur repetita in sequentibus: qualitatè præcedentiæ repetitio, ex quibus causis, aut dictionibus vel rationibus induci, aut cessare debeat, frequenter dubitari contingit. Et sane præfate omnes quæstiones, sunt adeo utiles, & in casibus quotidie occurrentibus necessariæ, ut nullæ in praxi frequentiores, aut praxi magis assistuæ, & quotidianæ sint. Sed quia plenè, & diffusè in mille locis, & ab infinitis tractantur; ego in hoc præcipuè elaborabo hic, ut sublevare possim lectorem, ne alibi quærendi necessitate adstringatur, cum occasio se offeret, & auctoritates Scriptorum, in quibus terminis loquantur, aut intelligi debeant, declarare; variasque eorumdem sententias in unum cõgèctas, in medium proferam; ac demum non ab aliis dicta transferendo, sed illa tantum breviter recensendo, illorumque dictis nonnulla, cum necesse fuerit, adiciendo, sive adnotando, sententiam meam interponam: contentus in præfatis quæstionibus, Doctorum confusionem, & mentem aliquantisper subordinaffe, longiusque in aliis discussisse: sic enim in futurum eveniet, ut in causis contingentibus, facti specie attentè perspecta, voluntate testatoris maturè conjecturata, & verbis dispositionis rectè perpenfis, quid sibi verius videatur, pro qualitate, & circumstantia rerum possit unusquisque; dijudicare facilius.

Et ut prædicta attingam, in primis constituo, post infinitos alios, (qui ab inferioribus præcitantur) quæstiones omnes prædictas tractasse quamplures, inter quos tractarunt Bartolus, Paulus, Alexander, Socinus uterque, Jafon, Decius, Imola, Corneus, Parisius, Cumanus, Fulgofius, Romanus, Rolandus, Gratus, Gozardius, Antonius Rubeus, Albertus Brunus, Franciscus Piscina, Craveta, Riminaldus Senior, Matheplanus, Ruzarius, Silvanus, Celsus, Alciatus, Joannes Le Cirier, Marzarius, Tiraquellus, Petrus de Peralta, Antonius Gomez, Pinellus, & Covar. in multis locis congegit in unum, & mu toties repetitis per Molinam, cujus statim specificam mentionem faciam: & ultra prædictos, scripserunt etiam latissimè de hac materia, & alii plures, quos in discursu hujus capituli maxime infra ex n. 141. referam, Burgos de Paz, Pelaez à Mieres, Alvaradus, Caldas Pereira, Joannes Gutierrez, Joannes Garfia, Velasquez de Avendaño, Franciscus Mantica, Simon de Prætiis, Jacobus Mandellus de Alba, Joannes Cephalus, Ubertinus Zuchardus, Hieronymus Zanchus, Jacobus Menochius, Gerardus Mazolus, Hieronymus Gabriel, Marius Anguifola, Tiberius Decianus, Hippolytus Riminaldus, Sfortia Oddus, Petrus Surdus, Antonius Thesaurus, Alexander Raudensis; Alexander Trentacinqvius, Marcus Antonius Eugenius, Marcus Antonius Peregrinus, Joannes Vincentius Hondedeus, & Achilles Pedrocha, quos (ut dixi) mox suo ordine præcitabo.

4 Post antiquiores verò, secundo loco Antonium Ga-

briclem referendum duxi, eo quod is Author, de prædictis congegit multa, & quidem originaliter legendus est, non enim sola aliorum relatione degustari poterit, communium conclus. lib. 6. de verborum significatione conclus. 6. & 7. & tit. de statutis, conclus. 6. & lib. 3. tit. de testamentis, conclus. 10. per totam.

Tertio loco, de prædictis eleganter & utiliter loquitur Modern. in consuet. Paris. tit. 1. de materia feudali. §. 16. per totum, & §. 37. glof. 1. ubi de successione fœminarum cum masculis, in pari, vel remotiori gradu; & de dictionibus inducentibus, aut excludentibus tacitam repetitionem, multa dixit necessaria; & notatu digna.

Quarto loco, latè, & eruditè quidem, atque distinctè, & quæstiones omnes superius propositas prosequutus est Ludovic. Molina; supremi consilii regii olim meritißimus, & eruditissimus Senator, de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 4. per totum, & cap. 5. per totum, ubi, quæ in variis locis dispersa erant, nec distinctè composita, in unum congegit, & omnia ferè usque ad sua tempora in proposito scripta, longa serie, & distincta manu Hispanorum majoratibus applicavit; idèò cum occasio se offert, ad eum omnes, tanquam ad fontem, seu initium hujus explanationis confugiunt: & quamvis (ut antea dixi) latissimè ipse, & singulariter de his omnibus scripserit, ac post eum infiniti etiam alii, tam exteri, quam Hispani supervenerint, qui etiam latissimè scripserunt; nihilominus tamen, adeo variæ sunt hominum sententiæ, & judicia, ut hinc inde dissentientibus Authoribus, aut non apertè & distinctè loquentibus, sive non omnino convenientibus opinionibus divisis, ad eorum resolutiones nunc animadvertere, & plenius quæ ad hæc spectant attingere, necessarium fuerit; & pro nunc maxime ad ea, quæ dicto cap. 5. per Molinam traduntur, & aliis omiffis, quæ perfectè explicantur per dictum Authorem, nec majori declaratione indigent; ab his incipiam, quæ ex num. 56. cum seqq. annotavit ipse Molina, quo loco ad explicationem consultationis Abbatis, & Ananiae (quas invicè inter se pugnare omnes contendunt) quærit Molina, Utrum qualitas masculinitatis in uno gradu, vel substitutione, aut parte testamenti apposita, in alteris repetita esse censi debeat; Quod quærent etiam, & diluunt infiniti alii Authores, quorum lectura maturè, attente percepta in hac quæstione eum ordinem servare necessarium crediderim, ut Authorem omnium sententiam referam, verioem autem & jure, & ratione comprobem; omnes enim in proposito Scribentes, tam hujus regni, quam exteri, etiam recentiores quamplures, paucis legibus, & rationibus contenti sunt, nec ad ea respondent, quæ in contrariam partem urgerè videntur.

Primò igitur constituit Molina dict. num. 56. in princ. 9 Abbatem in conf. 36. num. 3. lib. 1. & cum eo infinitos alios ibidem relatos, & referendos infra, in ea fuisse sententia, ut existimaverint quòd si in primis vocationibus aut substitutionibus, majoratus institutor ad ejus successionem invitaverit semper filios, ac descendentes masculos: quamvis in sequentibus substitutionibus vocet filios, vel descendentes absque adjectione hujus verbi masculos, hæc masculinitatis qualitas repetita censi debeat, ad quod probandum, uno solo fundamento: sive ratione una tantum movetur Abbas (si originaliter legatur) dicto conf. 36. num. 3. vers. nec obstat si dicatur, quam repetunt ferè omnes referendi infra, videlicet, quòd præcedentia declarant, sive determinant sequentia, & è contra: per textum in l. finali, §. cuius dicitur, ff. de vino, vitico, & oleo legato, l. Titia, §. Titia, & l. ult. ff. de verbor. obligat. Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 3. & 4. & una pars testamenti aliam declarat: & inde si verbum aliquod dubium sit, aut obfcurum, eo modo intelligi debet, secundum quem reperitur in alia parte testamenti: l. qui filius, l. si servus plurium, §. ult. ff. de legatis 1. l. quæsitum, §. Papinianus quoque, ff. de fundo instructo, l. si frater: l. quamvis, C. de fideicommissis, cum aliis adductis per Mantica loco citato.

dato supra, num. 5. Simon de Præcis de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubit. 1. solut. 3. n. 64. & quatuor sequ. fol. mibi 241. & voluntas testatoris in substitutionibus talis esse præsumitur, qualis fuit in institutionibus: unde sequens substitutio debet regulari, & intelligi secundum qualitatem prioris: l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legatis 2. l. 1. C. de impuberum & aliis substitutionibus, in illis verbis: Verum est non alias partes testatorem substitutioni tacite inseruisse, quam qua manifeste in institutione expressæ sunt. Quia unus gradus substitutionis alium declarat: l. qui liberis, §. ultimo, ff. de vulgari & pup. substit. & ordo datus inter primò nominatos, servari debet inter aliquos substitutos, Curtius senior, latius fundans in cons. 51. num. 11. cum sequ. lib. 1. Joannes Gutierrez in cons. 13. num. 10. & ad hæc reducuntur in effectu omnia fundamenta, quæ pro hac parte expendantur ab his, qui sententiam Abbatis tventur, cum qua simpliciter transit Marcus Antonius Eugenius in cons. 12. num. 38. lib. 1.

Sed & aliæ rationes videntur pro hac parte adduci posse, inter quas non mediocriter urget, in primis, quòd in feminis ulterioribus, sive alterius lineæ, non solum eadem exclusionis ratio, imò fortior etiam esse videtur; nam qui feminas proximiores exclusit, ultiores etiam excludere velle, multo magis credendum est, ex ratione l. si viva matre, C. de bonis maternis: ibi: Nam licet hoc novum præsens lex constituat in nepotes, non tamen abs re est, ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Et multis, quæ in proposito ejus legis, & utiliter quidem, congesterunt Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 5. à num. 45. Mieres de majoratu, part. 2. quest. 6. à num. 52. Baëza de non meliorandis dotis ratione filiabus, cap. 7. num. 33. 35. & 36. Decianus in cons. 33. num. 18. vol. 3. Menochius in cons. 318. à n. 21. vol. 4. Hippolytus Riminaldus in cons. 739. ex num. 29. cum sequ. lib. 7. Angelus Mathecius de legatis & Fideicommissis, lib. 2. cap. 10. ex n. 4. & ita argumentantur permulti in unum congehi ab eodem Menochio in cons. 197. num. 52. lib. 2. Achillus Pedrocha in cons. 5. num. 22. & in cons. 20. num. 120. & sic ob prædictam rationem, & præsumptam testatoris voluntatem, qualitatis præcedentis repetitio fieri debet, quæ aliàs non fieret; ex doctrina Bartoli in l. Seia, §. Caio, ff. de fundo instructo. Aretini in cons. 137. Alexandri in cons. 147. lib. 5. & eorum, quæ tradit Mieres de majoratu, 2. part. qu. 6. n. 79. qui in terminis nostris, & pro hac parte Abbatis, expendit duo jura l. Julius Paulus 80. §. l. cum servus 81. ff. de condit. & demonstrat. quæ verè non urgent ad propositum, ut statim dicam: & n. 77. ratione movetur, scilicet, quòd mutatio voluntatis præsumi non debeat. maximè in continentibus, vel in eadem dispositione: & regula l. cum qui, cum multis aliis, ff. de probationibus. quam lib. 1. cap. 39. num. 39. multis exornavimus remissivè: Unde ex quo testator in principio testamenti, & in prima vocatione masculos prædilexit, & vocavit eos, feminas excludendo; censetur esse postea in ulterioribus dispositionibus ejusdem voluntatis. Et antea n. 74. proponis idem Author contrarietatem Abbatis, & Ananix, de qua nunc agitur; & dicit Abbatis sententiam probari ex nonnullis legibus, quas confusè nimis adducit, nec verè (ut quod sentio dixerim) unam, aut alteram partem confirmant apertè; aut saltem si aliquo modo induci possunt, non omnes Abbatis sententiam probant, imò potius contra eam possunt nonnullæ retorqueri; nisi exculando Virum equidem eruditum, dicamus, in eo sensu (licet simul & dicendo quòd faciunt pro illa conclusione) ponderatas fuisse eas leges, ut pro una, & altera parte urgere ostenderet prædictus Author, quòd apertius constabit, si specie, aut suo ordine, de uniuscujusque legis inductione tractemus.

Et primò allegat Mieres textum in l. Caio, in princ. ff. de alimentis legatis: ex qua adnotavit Bartolus in summario, legatum in dubiis videri translatum in alium cum onere suo, unde sumpit dictus Author argu-

mentum, ad probandum, secundas, vel ultiores vocationes, aut substitutiones censerì factas cum eodem onere, conditione, aut qualitatis repetitione, quæ præcedentibus inerat: id tamen an rectè fieri possit, dicitur infra num. 115. cum sequ.

Secundò allegat textum in l. si tibi, cum leg. sequenti, ff. de adimendis legatis. quæ pro Abbate nullo modo, induci possunt, pro Anania autem, contra Abbatem, utrum earum inductio stare possit, ut videbitur infra ex n. 120.

Tertiò expendit textum in l. cum pater, §. ab instituto, ff. de legatis 2. ubi relicta ab instituto, repetita censentur à substituto sub eadem conditione, quòd etiam Ananix sententiæ nihil repugnat, ut dicitur infra, n. 122. & seq.

Quartò adducit ad textum in l. 3. §. filius, ff. de liberis & posthumis, quam pro Abbate urgere existimat, ea ratione, quòd probetur ibi, clausulam postitam inter plura capitula, vel ante omnia, vel post omnia, ad omnia referri: quòd etiam ad rem nostram, aut questionem superiùs propositam nihil facit, ut constare potest ex dicendis infra n. 126. & 127. & non obscure colligitur ex l. legatus, §. qui plures, ff. de legatis 2. quam ultimo loco allegavit ipse Mieres ubi supra, atq; ex ea deduxit Bartolus in summario, quòd clausula generalis restringitur ad specificata, si plura fuerunt, & plenè comprobatur Josephus de Rusticis in tract. an & quando liberi in conditione postiti vocentur, lib. 1. cap. 2. num. 65. 1. part. fol. 13. Vides ergo omnia fundamenta, quæ pro Abbatis sententia esse possunt, & plenè, & distinctè ponderata; ut si ad hæc congruum responsum habueris, contrariam sententiam probare, non temere intendere possis. Ea verò apertè colligitur ex dictis per Ananiam in cons. 22. num. 3. in vers. Est etiam multum ponderandum, ubi ex communi traditione Doctorum, expressim probat contrarium ejus, quòd Abbas dixit, scilicet, quòd verbum masculos, etsi in una, seu etiam in pluribus partibus Majoratus, aut dispositionibus appositum sit, non tamen in alia ejusdem parte, ubi deest, supplendum erit; imò ex ejus expressione facta in una parte, censendum est, Majoratus institutorem verbum masculos in alia parte consultò omisisse, quoniam, si repetere voluisset, utique expressisset: & Ananix sententiam sequuntur permulti, quos adducit Mieres de majoratu, 2. part. quest. 6. n. 75. & 76. Molina de Hispanorum primogeniis lib. 3. cap. 5. num. 56. vers. sed quamvis tot viri gravissimi quibus ipse adheret in vers. in hac autem opinionum varietate. dicens hanc opinionem multo magis sibi placere, & probabiliorē esse, nisi in aliquibus casibus, de quibus agit ibid. num. sequ. usque in finem capituli: & in effectu omnes reducuntur ad hoc, quòd testator rationem conservandæ agnationis in Majoratu expresserit, vel tacitè, apertè tamen, subintellexerit illam, tunc namque certissimum est (ut ipse affirmat) qualitatem masculinitatis in una parte substitutionum expressam, ad aliam referendam esse, aliàs non, & num. 58. & sequ. plures Authores refert, qui Abbatis, & Ananix sententias sic concordarunt.

Videamus ergo, an hæc secunda pars Ananix verior sit, & fortioribus fundamentis munita, & in effectu rationes omnes, quæ pro Anania excogitari solent, per Doctores, ad quatuor reduci debent: duæ colliguntur ex eodem Anania (si originaliter legatur;) duæ aliæ ex Molina ubi supra. Illarum prima est, quòd cum testator in una parte testamenti, vel etiam in pluribus, verbum masculos apposuerit; in alia verò, vel in aliis non; videtur in illis de masculis non intellexisse: argumento cap. Nonnè, de præsumpt. l. cum pater, cum vulgatis, ff. de iudiciis, quia ex quo in hac, vel in his vocationibus, disponens de qualitate masculinitatis non expressit, noluisse dicitur: l. unica, §. sin autem ad deficientis, C. de caducis tollendis, per quem text. post Bald. & alios antiquos dicere solent Doctores in mille locis, quòd testator in dubio censetur noluisse disponere, cum facile illi fuit, aliqua de re disponere, & non disposuit: & post alios multos

multos sic argumentatur Joannes Cephalus in cons. 432. n. 39. lib. 3. Bonofacius Rogerius in cons. 41. num. 67. & 69. lib. 1. Menochius in cons. 220. num. 143. lib. 3. & præsumpt. 23. num. lib. 4. Pedrocha in cons. 5. n. 48. & 50. & in cons. 12. num. 6. & 10. & in cons. 30. n. 12. Joannes Gutierrez in cons. 13. n. 17. Et inde solet etiam dici: Testator hoc non dixit, hoc non expressit, ergo neque nos dicere debemus: per textum in l. si servum, §. non dixit prætor, ff. de acquirenda hereditate, quo argumento de non expressis à testatore, passim Doctores utuntur; & in proposito congerit infinita Simon de Præcis de interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubit. 1. solut. 3. à num. 226. usque ad n. 166. fol. mibi 245. ubi eruditè (ut solet) & utiliter loquitur, & in questione nostra sic argumentatur Decius in cons. 599. num. 4.

Secunda ratio est, quòd verba testatoris, & cujuslibet alterius disponentis, in dubio ad intellectum juris communis referenda sunt: cap. causam, que, de præscriptionibus, cap. cum dilectus, de consuet. Bartolus in l. omnes populi, 3. part. quest. 3. principalis, ff. de justitia & jure, Felinus in cap. cum omnes, de constitutionibus. Mieres de Majoratu, 1. part. quest. 58. n. 55. Simon de Præcis de interpret. ult. volunt. lib. 2. solut. 10. n. 65. fol. mibi 167.

Testator in dubio censetur cum dispositione legis, aut juris communis se conformare voluisse ex vulgatissima juris regula sepius à Doctoribus repetita, & plenè per Menochium declarata, lib. 4. præsumpt. ult. Manticam de conjecturis ult. volunt. lib. 6. tit. 6. à princ. Grassum receptarium sentent. 2. fideicommissum, quest. 76. n. 25. & sequ. Mieres de majoratu, in intro. 2. part. num. 15. & 16. Josephum Ludovicum decis. Perusim. 61. num. 46. unde cum hæc opinio ad terminos juris communis nos redigat, ex cujus dispositione feminæ sunt capaces succedendi in Majoratu quocunque, ut infra dicitur, & plenissimè probat Alexander Raud. in responso 1. ex n. 74. cum multis sequ. vol. 1. nec propter masculos remotiores excludentur, nisi de voluntate testatoris manifestè constiterit, ut etiam infra dicitur, ac singulatim amplexanda erit, maximè in casu proposito, in quo qualitatem masculinitatis in secunda, aut ulterioribus vocationibus testator non expressit. Quo fundamentum in terminis questionis nostræ originaliter usus est Ancharan. (& ab eo ceteri accipiunt) in cons. 120. n. 4. incipit Pro clariori. Burg. de Paz in cons. 29. in princ. & n. 65. & alii plures, quos consultò omitterendos duxi.

Tertia ratio desumi potest ex verbis Moderni in consuet. Paris. 1. part. §. 37. glof. 1. n. 8. qui ferè in nostris terminis loquitur, ac singulariter annotavit legatum, fideicommissum, & omnem aliam dispositionem in dubio censerì puram, si in ea non inferatur dies, nec conditio, nec illam in dubio præsumi adjectam: quòd maximè procedit, cum verba repugnant, ut in terminis questionis nostræ, l. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. libertasque, 4. in fine. ff. de alimentis legatis, l. si Titius mibi, §. ultimo, ff. de legatis 1. & latius comprobatur, rationemque reddit Menochius lib. 4. præsumpt. 175. n. 2. 3. & 4. ubi per totam illam præsumptionem accuratè & utiliter disputat, an, & quando dispositio conditionalis vel potius pura, vel modalis, vel in diem præsumi debeat? Peregrinus etiam de fideicommissis, artic. 16. n. 110. fol. 156.

Quarta, & ultima ratio traditur per Molinam lib. 3. dict. cap. 5. n. 57. quæ deducitur ex singulari doctrina Joannis de Imola in Clement. 1. col. finali, de supplenda negligentia prælatorum, ubi inquit, præcedentia in sequentibus nunquam censerì repetita: quoties agitur de repetenda qualitate adversus dispositionem juris communis: quòd præsertim in materia de qua agimus (ut pote fœminarum exclusiva) dicendum est, ex eodem Molina, qui refert plures alios Imolæ sententiam sequentes; & ultra eum confirmatur ex his, quæ scribit Modernus Paris. ubi supra n. 9: & in additione ad Bartolum in l. prætor, l. 2. §. evitque differentia, ff. de bonorum raptorum, ubi ponitur distinctio ad cognoscendum, an,

& quando dicta in uno capitulo, in sequentibus censerentur repetita. Et vide omnino Menochium lib. 2. præsumpt. 7. per totam, ex cujus disputatione, multa huic materiæ conducibilia reduci possunt, ibi enim plenissimè, & forsitan melius, quàm alibi tractat, an, & quando dicta, disposita in una parte legis præsumantur repetita in alia parte.

Sed & jura possunt, aut leges, ultra rationes prædictas adduci pro hac parte. Et primo loco, l. pater filium, §. fundum Titianum, ff. de legatis 3. ubi prohibitio alienationis, quæ est contra jus commune, argum. l. nemo patriscedendo, ff. de pactis, & sine causa fieri non potest, ut in §. Julius Agrippa, ejusdem legis, & in l. filiusfamilias, §. divi, ff. de legatis 1. & declarat latissimè Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. 1. ex num. 1. cum multis sequ. facta inter vivos, non extenditur ad ultimam voluntatem.

Secundò facit textus in l. sub conditione, 73. ff. de hereditibus instituentis, ubi Cajus Jureconsultus in hunc modum scribit: Sub conditione hæredem instituto, si substitutus, nisi eandem conditionem repetamus, purè eum hæredem substituere intelligimur. Quibus verbis expressè demonstrat, conditionem adjectam in institutione, repetitam non videri in substitutione, nisi per testatorem repetatur: at conditio qualitas quædam est l. 1. §. qui sub conditione, l. si quis sub conditione, ff. si quis omisso causa testamenti, & ita contra Abbatem rectissimè expendit eum textum Decius in cons. 599. n. 6. ad probandum qualitatem masculinitatis repetitam non censerì.

Tertiò, facit l. qui fundum, ff. de contrahenda emptione, ubi clausula apposta in præcedentibus, in sequentibus repetita non intelligitur, prout ad id expendunt eum textum Socinus, & Caltranius in l. que conditio, ff. de condit. & demonstrat.

Quartò facit textus in dict. l. que conditio, 39. ff. de condit. & demonstrat. ubi in hæc verba scribitur: At que conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eam dumtaxat gradum, quo hæc persone instituta fuerint. Et in l. ultima, §. Seio, ff. de legatis 2. ex quibus communiter adnotarunt Bartolus, & alii Doctores ibi. Menochius referens num. lib. 4. præsumpt. 178. n. 17. conditionem adjectam uni gradui, vel personæ jam nominate, non censerì repetitam in persona alterius substituti, aut conjuncti, & plenissimè declarat Menochius dict. præsumpt. 178. per totam.

His ergo juribus, & fundamentis, quæ verè concludunt Ananix sententiam, intellectam eo modo quo Molina intellexit, magis communiter sequuntur Scribentes, ut ultra relatos per Molinam, constat ex his, quæ in proposito tradiderunt Burgos de Paz, Mieres, Alvaradus, Joannes Garfia, Joannes Gutierrez, Velasquez de Avendaño, Riminaldus, Decianus, Peregrinus, Menochius, Præcis, & alii, quos infra commemorabo. Ego verò, ut prædictorum, & aliorum etiam quamplurimum, dilucida & perfecta resolutio haberi possit, postquam in hac materia quamplurima evolveram, & infinita, attenta, atque originali librorum omnium lectura prælegeram (quod moris habeo) nonnulla constituere necessarium duxi, quibus ipsa, & absolutè, & distinctè magis, quàm antea erat, explicata manebit.

Et in primis constituo, certam, aut generalem regulam in hac materia dari non posse, sed qualitates, & circumstantias casuum occurrentium considerandas esse, ex quibus, quid testator voluerit, quidve præfererit, possit deduci; & juxta ea voluntatem testatoris interpretari: ut scribit Decius in cons. 339. col. 2. ad finem, Socinus junior in cons. 103. sub n. 55. lib. 1. quorum meminit, & ita constituit Simon de Præcis de interpret. ult. volunt. l. 2. interpret. 3. dubit. 1. solut. 3. n. 74. fol. mibi 342. variè enim sunt, & diversæ hominum voluntates. l. 3. quia poterat, ff. ad Trebellianum, cap. quia de concessione præbende, & juxta illud: Velle suum cuique est, nec voto vivimus uno. cum possit testator cum dispositione legis se conformare, vel sua

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49